

DE SUCCINO

De ramis electra nouis, quæ lucidius amnis
 Excipit, & nurib. mittit gestanda Latinis.
 Aegineta quoq; succinū albæ populi lachrymam esse dicit, iuxta Eridanum fluuium effusum & coagulatum, aurei coloris. sic enim ait: ἡλεκτρον, ὃ ἐκ τῆς αἰγίνης δάκρυόν φασί ἢ τῆς ἑριδανὸν ποταμὸν ἀρχομένου, καὶ πηγνύμενον, χρυσοειδές. Mithridates verò è cedri-
 no genere arborum nasci dixit, quod in petras defluens in mare deuolutū rapiatur.

Nondum itaq; Cardanus veterum opinionem absurdam fuisse ostendit, cum vix vno atq; altero argumento fretus, ipsorum sententiam impugnet. Prorsus enim leue est, quòd dicit lachrymam arborum non bene elici in regione tam frigida, cum non minus in Septentrione sint arbores resiniferae, quàm alijs in locis. Nam Sol ibi tempore æstiuo, supra horizontē diutius quàm alibi cōmorans, vehementiores æstus ciet, & maiori copia ex ar-